

3336 [= 2649] rep. Cumis a. 1779 ZARILLO; rep. a Pietrabocca a un tiro di schioppo dal mare morto CAPECEL.; Miseni in ipso promontorio rep. m. Dec. 1781 LA VEGA apud Minervinium. Deinde Neapoli in museo Capimontano ZAR. Iam in publico. — Falsum exemplar servatum in Anglia *Boywell Cottage, Somerset*, editum est *Gentleman's Magazine* 11 (1839) p. 148. 604.

DEO  
MAGNO  
ET FATO  
BONO

5 VAL · VALENS ·  
V · P · PRAEFECT ·  
CLASSIS · MIS ·  
P · V · GORDIANAE p. C. 238/244  
VOTVM · SOLVIT

10 ΘΕΩ ΜΕΓΙΣΤΩ ΚΑΙ ΚΑΛΗ ΜΟΙΡΑ  
ΟΥΑΛΗΕ · ΑΡΧΗΝ ΛΑΧΩΝ ΕΠΑΡ  
ΧΟΝ ΜΕΙΕΗΝΩΝ ΕΤΟΛΟΥ ΕΕΤΗ  
ΛΑ ΒΩΜΟΝ ΕΚΤΕΛΩΝ ΕΥΧΗΝ  
ΕΜΗΝ ·

Idem titulus legitur in quattuor lateribus arae, nisi quod a latere sinistro Graecum epigramma abest. Id adiectum est post tempus, ut propter id margo tollendus esset. Dedi exemplum id in quo littera nulla deficit. V. I. haec est: 6. 7. 8 · V · P · PRAEFEC | TVS · CLASSIS | MISEN · P · V · | GORDIANAE in latere opposito; 7 CLASS · MISEN in latere dextro. — 11 sqq. ita divisi sunt in latere opposito: ΟΥΑΛΗΕ — ΕΠΑΡΧΟΝ | ΜΕΙΕ — ΒΩ | ΜΟΝ — ΕΜΗΝ · | in latere dextro: ΟΥΑΛΗΕ — ΜΕΙ | ΕΗΝΩΝ — ΕΚΤΕ | ΛΩΝ — ΕΜΗΝ · — 13 ΕΚΤΕΛΩΝ legitur in antica et postica, ΕΚΤΕΛΩΝ in latere dextro. — Vernazza confert Gordiani nummos bilingues (Eckhel 7, 314).

Descripsi et recognovi. Refert de titulo invento Dominicus Cerulli in epistula (cod. bibl. Neap. X. C. 79) scripta ad Franciscum Cicconi Commissario generale della Campagna d. 15 Iun. 1779. Capecciatro porto di Miseno (s. a.) p. 43; *Antichità di Ercolano* VII (1779) p. 263; Zarillus cod. Vat. 9128 f. 18; Zoega ms.; Vernazza act. Taur. vol. 23 (1818) p. 102 = *dipl. di Adriano* p. 24; Romanelli *viaggio* 2, 202; Osann syll. p. 543; C. I. Graec. n. 5794; Avellinus inser. mus. Borb. p. 25 n. 52, usus schedis Francisci La Vegae a. 1781/2 antiquis rudibus effodiendis praefecti; Garrucci cl. Mis. p. 28 n. 18; Fiorelli cat. inscr. Graec. n. 43. Orelli 3596; Henzen 5798; Kaibel epigr. Graeca n. 828.

3339 [= 2647] antea Puteolis in S. Francisci sacr. n. 40, nunc Neapoli in museo publico.

IMP · ANTONINI AUG. p. C. 139/161  
PII · P · P · FILIO  
CLASSIS · PRAETORIA  
MISENENSIS

3337 [= 2662] litteris malis. Ab altera parte legitur n. 2840. Arditius dedit museo Neapolitano.

IOVI  
STRIGANO  
L · VARENIUS · RVFVS  
TR ·

Descripsi et recognovi. Avellino inscr. mus. Borb. p. 37 n. 64; Fiorelli cat. n. 505a. Henzen 5646 ex ed. 1.

Confer n. 3495, ubi STRIG · officium navale legitur.

3338 [= 7262] Neapoli antea apud Fuscum, iam in museo publico.

γ · ΙΙΙ · ΜΕΡC  
ΕΧ · VΟΓ  
R E C O N C E P T O S  
V

Recognovi. Fusco *iscr. di Pozz.* n. 3; Garrucci class. Mis. p. 67 n. 179 (cf. corr.); Minervini inscr. mus. Borb. p. 138 suppl. n. 10; Fiorelli cat. n. 689.

3340 [= 2653] Baiis rep. ACTA musci. Extat Neapoli in museo.

~~DIVI NERVAE ABNEPOTIB~~ p. C. 161/169  
nanarchi et trier ARCHI · CLASSIS · PRAETOR · MISEN  
quod ad alteros ce NTVRIONATVS · QVIBVS · DIVVS · PIVS  
classem suam hono RAVERAT · ADIECTO · TERTIO · ORDINE  
optimum princi PEM AEQVAVERINT

Descripsi et recognovi. Guarini comm. IX ed. 2 p. 33; Garrucci class. Mis. p. 15 n. 2; Henzen *Bullett. dell' inst.* 1851 p. 175, syll. 6874; Fiorelli cat. n. 507.

4 in. littera ante AVERAT non tam N fuit quam R.

In supplendo et explicando hoc titulo difficili et gravi inde tuto proficiscimur, quod in re navali naves centuriarum locum tenent. Nam cum classiariorum nominibus modo adscribatur *triere* (vel *tetrere* cet.) illa vel plenius *centuria triere illa* (v. ad n. 3377 et n. 3338), modo *centuria illius* (n. 3385—3390), nusquam vero navis vocabulum et centurionis coniuncta enuntientur, apparet utraque ratione idem significari. Centurionem autem et trierarchum differe cum intellegatur ex Tacito (ann. 14, 8: *respicit Anicetum trierarcho Herculeio et Obarito centurione classiaro comitatum*), efficitur singulis navibus sive centuriis praefuisse et centurionem et trierarchum. Navarchi autem a trierarchis ita differre videntur, ut illi tetreribus et penteribus praefuerint, hi trieribus itemque liburnis (cf. n. 3364 *tr. de lib. Aquila*; Tabitus hist. 2, 16: *Claudium Pyrrhicum trierarchum Liburnicarum ibi navium*); nam tetrerarchi et penterarchi vocabula in usu non fuerunt, navarchum autem dignitate trierarcho praeferreri ex n. 3341. 3348 adn. intellegitur. Quamquam negari non potest trierarchum latiore quoque significatione usurpatum esse, cum inveniatur n. 3391 *adiutor trierarchi tetrere Venere*; sed potuit qui proprie navarchus dicendus fuit item communi trierarchi vocabulo recte significari. *Navarchus archigybernes* n. 3349 sive *n(avarchus) princeps* n. 3348 videtur esse navarchorum et trierarchorum omnium primus in classe locum tenens eum, quem in legione tenet primipilus. — Iam cum ex titulo quamvis mutilo satis intellegatur Pium alterum centurionatum in classe instituisse, Marcum et Verum tertium ordinem addidisse, verisimile est trierarchos a Pio ita exornatos et ordinatos esse, ut alteri quodammodo centuriones fierent. Ad id exemplum fratres imperatores aliud genus principalium similiter commodis et honoribus ad centurionum exemplum exornavisse videntur, fortasse gubernatorum, qui centuriones et trierarchos dignitate proxime secuti videntur esse. Probabile est ad hanc ordinationem imperatorum fratrum aliquo modo pertinere titulum nuper repertum Alexandriae (*Bulletin de l'Institut Égyptien* 13, 176):

ΔΕΚΑΝΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΣΤΟΛΩ ΠΡΑΙΤΩΡΙΩ  
ΘΕΩΝ ΚΑΙCΑΡΩΝ ΕΝ ΤΗC ΤΗ ΣΤΗΛΗ  
ΚΑΙCΑΡΟC Α · ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΟΥΗΡΟΥ CΕΒΑC  
ΤΟΥ ΕΚ ΤΩ

sed quid significet et quinam sint decani, frustra quaesivi. — Ad Vegetii (4, 32) de re navali expositionem non minus exilem quam perversam consulto non attendi.